

Benavides J. Damasco
Cath. Ch. - Hist. - Papa

Benavides, Giuseppe.
De S. Damaso I, papa Confessore.

AER 3811

DE S. DAMASO I.
PAPA CONFESSORE
HOMILIA
QUAM IN COEMETERIO DOMITILLAE
SODALIBUS
COLLEGII *CULTORUM MARTYRUM*

DIXIT
IOSEPHUS BENAVIDES
ANTISTES DOMUS PONTIFICALIS
DIE XIV. DECEMBRIS M.D.CCC.XC.III.



ROMAE
TYPIS S. IOSEPH

M.D.CCC.XCIV.

Papa

EIUSDEM AUCTORIS SUNT

- La Iglesia Nacional Española y D. Alfonso XIII.
Roma 1890 1. vol.
- Glorias de Antequera en todos los tiempos. Ro-
ma 1892 1. vol.
- El sepulcro del S. P. Pio IX. versión del italiano.
Milan 1891 1. vol.
-

QUANTOCIUS IN VULGUS EDENTUR

- Copilación biográfica de los Españoles en Italia y
de los Italianos en España 5. vol.
- Tesoro epigráfico de España en Roma é Historia de
las iglesias edificadas y restauradas por los españoles:
obra ilustrada con 60 fototipias, dividida en 4. vol.
- Monumentos é iscripciones que existen actualmente
en Monserrat *de Urbe*. 1. vol.
- Origen, utilidad y privilegios de la S. Romana Rota
con la serie de los Auditores españoles. 1. vol.
- España en la corte Pontificia. 1. vol.
- Una visita á las Catacumbas de Roma y homilias la-
tinas en ellas pronunciadas 1. vol.
- Innocencio VIII. y la reconquista de Ronda, Loja,
Malaga, Baza y Granada, últimos baluartes de los Arabes
en España; Solemnidades en Roma por tan faustos su-
cesos 1. vol.
- Traslaciones de los restos mortales de los Sumos
Pontífices Calixto III. y Alejandro VI 1. vol.
-

IOSEPHI BENAVIDES ET CHECA

ANTISTITIS DOMUS PONTIFICALIS

DE S. DAMASO I.

PAPA CONFESSORE

HISPANO

HOMILIA

HABITA IN COEMETERIO DOMITILLAE

AD CULTORES MARTYRUM

DIE XIV. DECEMBR. M.D.CCC.XC.III.

ACCEDIT BREVIS DISSERTATIO

AD EORUM ARGUMENTA REFELLENDAM,

QUI S. DAMASUM ROMAE NATUM AFFIRMANT



ROMAE

TYPIS S. JOSEPH

M.D.CCC.XCIV.

IMPRIMATUR

FR. RAPHAEL PIEROTTI ORD. PRAED. S. P. A. Magister

IMPRIMATUR

JULIUS LENTI Patriarcha Constantinopol. Vicesgerens.

DE S. DAMASO I. HISPANO

INSIGNI MARTYRVM VATE

SERMVNCVLVM

SSMO. DNO. NRO. LEONI PP. XIII.

EXIMIO POESIS CVLTORI

ANNO L. AB EIVS EPISCOPALI CONSECRATIONE

IOSEPHUS BENAVIDES ET CHECA ANTIKARIEN.

ANTISTES VRBANVS

SAPIENTIS PONTIFICIS BENIGNITATE


CANONICVS CANTOR ECCLESIAE PLACENTINAE

NYPER RENVTIATVS

DEVOTI GRATIQVE ANIMI CAVSSA

HVMILLIME OFFERT

DIE XXIII. IANVARII MDCCCXCIV. FEST. S. ILDEPHONSI TOLETANI.



Epistola, quam Emus. ac Rmus. Dnus. Cardinalis Marianus
Rampolla, Archipresbyter Patriarcalis Basilicae Vaticanae,
Secretarius a publicis negotiis, etc. etc. SUMMI PON-
TIFICIS nomine, misit ad auctorem.

Segretaria
di
Stato

N. 17840.

Illmo Signore,

Il lavoro storico condotto ora a termine da V. S. Illma, e con filiali espressioni offerto al S. Padre, non poteva non ricevere benevola accoglienza dalla Santità Sua, Che vi ha scorto un nuovo argomento della sua devozione verso la S. Sede, e del suo impegno nel ricercare le glorie della cattolica Spagna. Mi ha quindi l'Augusto Pontefice commesso di esprimerle il suo grato animo, e di parteciparle la Benedizione Apostolica, che Le comparte di tutto cuore.


Eseguisco ben volentieri siffatto incarico, e ringraziandola dell'esemplare della sua dissertazione a me cortesemente offerto, passo a confermarmi con sensi di ben distinta stima

Di V. S. Illma

Affmo per servirla
M. CARD. RAMPOLLA

Roma, 4 Maggio 1894.

All' Illmo Signore Monsig. Giuseppe Benavides.



Vix typis edideram hocce opusculum, ac protinus clarissimo Antistiti Dno. Isidoro Carini exemplar cum epistola tradideram; quum paucos post dies ab ipso Amico, Viro doctrina atque omnigena eruditione praestantissimo, sequens epistolium perlibenter accepi.

Biblioteca Apostolica Vaticana.

Roma, 5 Maggio 1894.

Monsig. veneratissimo e carissimo amico,

Ho letto col più vivo piacere la sua dotta Dissertazione *De S. Damaso I. Papa*, e Le rendo vive e sincere grazie dell'onore grandissimo che mi ha fatto. Io non poteva essere così ben trattato, che dalla sua amabile cortesia, e provata amicizia. L'armi pure che non si potevano mettere in più chiara luce le ragioni, che militano per l'origine spagnuola del gran Papa delle Catacombe. Infine è certo, com'ella ben dice nella sua lettera, essere le discussioni utilissime, se condotte con buona fede, a far conoscere il vero e dissipare le difficoltà. Le ripeto poi, che fra gli Italiani pochi mi vincono nell'amore che sento nel mio cuore vivissimo verso la nobile e generosa nazione spagnuola, e nella profonda stima per un paese di tante glorie e di tante meraviglie. In Ispagna conto amici numerosi; nessuno però mi è così caro, come il degno prelado, che onora da lunghi anni la patria in questa metropoli del mondo.

Mi creda, Monsignore veneratissimo, qual mi rassegnò con animo ossequioso e grato:

Della S. V. Ill^{ma} e R^{ma}

Dvño obligiõ servo

ISIDORO CARINI

Pref.^o della Bibl. Vaticana.

Mons. Giuseppe Benavides
Prelato Domestico di Sua Santità.



DE S. DAMASO I.

PAPA CONFESSORE

HOMILIA

VERE équidem Dóminus ac Redémptor noster, Sodáles caríssimi, Virginem sponsam Ecclésiám, quam acquisivit ságuine suo, decóre ornátam in vestítu deauráto, mira circúmdedit varietáte. Dilíssimo ipsíus vestiménto salútis nec pretiósae gemmae, nec inaestimábiles desunt margarítæ. Siquidem púrpura renídet mártýrum, et candóre nitescit confessorum, liliísque virginitátis saépius intéxtas victóriæ palmas admirámur. Décimo Kaléndas Decémbres, nempe superióre mense, haud procul hinc in Coemetério Callísti flósculum suavíssimum, Ecclésiæ Almaéque Urbis virginále decus, Caecíliam, sanctam puéllam, nóbilem génere, martyrio nobiliórem

concelebrávimus: hodie clarum ingénio, at vitae sanctitáte clariórem, sanctum Dámasum recólimus, qui Románi Pontificátus iubar, Ecclesiae lumináre, gentisque meae insígnis honos ubíque terrárum effúlsit. Ille inquam Dámasus, quem ipsíus aetas et postéritas mérito suspéxit; qui sane cum ab univérso Christi grege, quem summus Pastor bene pavit et deféndit, tum praecipue a nobis, Mártyrum cultóribus, licet Conféssor, summis obséquiis ac láudibus efferéndus est; útpote qui eíusmodi cultórum ómnium atque erga Mártyres pietáte insígnium fácele princeps censéndus est.

II. Is adhuc puer una cum matre et vírgine soróre proféctus ex Hispánia ¹ Romámque ingressus, ubi lítteris sacrisque disciplínis imbútus, ac Deo vocánte Présbyter ordinátus, adeo morum gravitáte et sciéntia ceterisque virtútibus elucescébat, ut a Libério Summo Pontífice ad Valéntem et Valentiniánum imperatóres Legátus missus fúerit. Imo illius vices luculénter sanctus Vir ita gessit, ut, e vivis Libério subláto, univérsam Ecclesiam Dei in persóna Petri Summus Antístes gubernáre merúerit, Románus Póntifex, Urbe plaudénte, licet ipse invítus, renunciátus, atque in Aede Lateranénsi ordinátus. Ursicíni

¹ Vide pag. 17, brevem dissertationem, qua Hispanum fuisse Damasum demonstramus.

tamen Diáconi cuiúsdam, suprémí magistrátus fasces ambiéntis nefáriis ártibus, eiúsq; asseclárum, prótinus exturbáta pública tranquillitas, et cruor effúsus, ortúmque schísma: quod paulo post représsum, eiúsq; damna imperatóris auctoritáte sopíta fuére. Verum sanctus Póntifex, vir mitis ingénii (uti mémorat S. Hierónymus) haud grávius in victos animadvértit. Tantam Dámasi benignitátem quin miraréntur factiósí Ursicíni sectatóres, calúmniis illum student infamáre, et adultérii per subornátos hómines scelestíssimos acúsant.

Is calumniántium dictéria parvipéndens, (útpote in parcéndis iniúriis semper magnánimuš), Deo fretus, qui ómnium corda novit, bonáque consciéntia, quadragínta Episcopórum Synodum in Urbe coégit: ubi, veritáte insígniter detécta, convictísque calumniatóribus, illud etiam sapiénter decretum fuit, quod accusátor deinceps, si deficeret in crímine probándo, eádem poena mulctarétur, qua accusátus damnándus foret, si reus. Quo vero luem magnópere pullulántem haericórum, Ecclesiæ praecipue Orientális pacem conturbántium, radícitus extirpáret, Sanctus Póntifex religiosíssimo imperatóri Magno Theodósio, ítidem Hispáno, suásit, ut Constantinópoli oecuménicum Concílium cogerétur (an. 381).

Ita factum: et centum quinquaginta Antístites fidem Nicaénae Synodi unánimi consénsu recepérunt,

Macedónio aliisque haereticis condemnatis: quam Synodum postea Dámasus confirmávit Apostólica auctoritate, et inter oecuménica concília recenséri voluit. Quin imperatores legem tulérunt de doctrína sancti Pontificis, nempe, omnes impérii súbditos eam religiómem, quam beátus Petrus Romae praedicásset et sanctus Dámasus doceret ac profiterétur, amplécti debere. Praetereo Aquileiense Concílium, cui S. Ambrósius ádfuit, et haereticos Mediolanensis Ecclesiæ proscripsit; ceteraque praetereo, quae diligentiam et pastorálem sollicitúdinem árguunt Dámasi in haerética zizánia ex agro Domínico evellénda, imo in corruptélibus et abúsibus abrogándis, qui per Episcopórum negligentiam alicubi irrépserant.

Horum reprehéndit ignáviám, et corepiscopos esse vétuit in Ecclesiis: Románi in primis Pontificis iura auctoritatémque strénue tuitus est.

Roma Dámaso debet, quod idolórum cultus pénitus sublátæ fúerint reliquiae, tum quia aram Victóriæ in foro evérserit, fanúmque et aedes Vestálium perpétuo obstrúxerit; tum quia asiáticum Mytrae cultum, luco ipsi sacro ac delúbris evérsis, ex Urbe depúlerit.

Pietáte erga Christi Mártyres vere claríssimus, géminas aedificávit basilícas, álteram intra moenia, ad Theatrum Pompeii, Deo in honorem Laurentii Levitæ, Mártyris Hispáni, álteram hac via Ardeatína *ad Cata-*

cúmbas, ubi Platóniam sanctórum Petri et Pauli sciis eum consecrâsse, ac váriis pretiósís ditâsse munéribus. Faxit Deus, ut quae nostri Collégii clariss. sodâlis, Ioânes Baptista Lugárius ² paucis abhinc annis de hac basilica, nempe quae fúerit, scite dissérui, doctórum virórum sacrae Archeologiae ducum consénsu ita comprobéntur, ut Apostolorum basilica (dein a mílite Christi Sebastiano nuncupáta), praeclárum opus Damasiánum, conditóri suo vindicétur.

III. Nostis, Sodâles dilectíssimi, Sanctum Pontíficem plúrima reperisse Mártyrum córpora; nostis eórum cryptas elegántibus vérsibus illustrâsse. Líceat nihilóminus in laudem tantí Mártyrum cultóris, liceat mihi áliquíd commemoráre, vosque mecum, quaeso, Damasiána monuménta paullisper mente revóluite.

Dextrórsus viae Ostiénsis in coemetério Commodíllae hypogéum sanctórum Felicis et Adáucti a se instaurátum vérsibus ornávit. Via Ardeatína non modo basilicam (ubi condi vóluit cum matre et soróre) aedificávit, sed etiam cryptam sanctórum Nérei et Achílleí decorávit ádditis carmínibus; et Balbínae coemetérium a se restaurátum páriter vérsibus in laudem sancti Marci Papae decorávit. Hinc Appia via incedéntes, Platóniam ingrédimur, quo Apostolórum Petri et Páuli sacrae exúviae

² *Le Catacombe, ossia il Sepolcro Apostolico dell'Appia descritto ed illustrato da Gio: Battista Lugari. Roma 1888. pag. 58, et seqq.*

anno CCLVIII. e viae triumphális coemetério translátae sunt. Porro sanctus Póntifex eam non modo consecrávit ac versa oratióne exornávit, verum Eutychie Mártiris sepúlcrum, a se diligénte conquisítum et restaurátum, magnífico cármine prosecutus est: ubi ferunt, ex voto, grati ánimí ergo quod Ursicíni schisma tandem représsum fuerat, aliud cármén Dámasum dicásse plerisque sanctis Mártiribus, quorum memória fere excíderat. Summórum Antístitum in Urbe praedecessórum cryptam et hypogea restaurávit, tumulósque Pontíficum Xysti, Cornélii atque Eusébií, et acólythi Tharsícii, carmínibus ornávit in coemetério Callísti, quod iure ac mérito quondam *Mártirum Ierúsalem* appellátum est; cuius regiónés insignióres ampliátis opéribus restaurávit, ádditis latiori scala ad fácilem descénsus, et lucernáriis. Septem quoque e Graécia Mártirum sepúlcrum tum artis opéribus tum cármine exornávit: *cryptam Diaconórum*, Redémpti scílicet, ac Tigridátis páriter instaurátam, pulchérissimo elógio et carmínibus ornátam vóluit. In Coemetério Pretextátum cryptam sancti Ianuárii, altérius e septem Felicitátis filiis, ampliávit ac título impósito marmóribus díctávit; tum Quiríni túmulo carmen superáddidit. Si Coelium montem conscéndimus, sanctos germános Mártires Ioánnem et Páulum obséquio Dámasi non caruisse agnóscimus, útpote qui basilícam Pammáchii,

quemádmódum álteram sancti Cleméntis Papae, restau-
rávit. Via Labicána basilícam sanctórum Petri et Mar-
cellíni reféctam ac vérsibus celebrátam, et in coeme-
tério *inter duas lauros* cryptam sancti Gorgónii instau-
rátam a Dámaso et cármine exornátam vidémus. Lau-
réntii megalomártiris gloriósum sepúlcrum via Tiburtína
et artiis opéribus et carmínibus aúxit: nec dissímili
ratióne basilícam sancti Hippólyti ornaméntis suóque
versu ornávit: idípsum factum invenímus de basilíca
sanctae Agnetis via Nomentána. Géminae Saláriae viae
Dámasi munificéntiam et cármina réferunt. Si per Novam
pérgimus, Coemetérium Priscíllae et praesértim Mar-
cellí I. cryptam, alterámque Felícis ac Philíppi Már-
tyrum, Felicitátis gnatórum, restauráta carminibus or-
návit, quibus etiam Proiectae túmulum prosequútus
est: Felicitátis et Saturníni ac Trasónis coemetéria vér-
sibus illustráta nóvimus, quibus praecipue cryptam
sanctórum Chrysánthi et Daríae, et cryptam sancti
Máuri Dámasus éxtulit. Si véteri Salária coemetérium
Hermétis ingrédimur, basilícam sanctórum Prothi et
Hyacínthi admirámur a Dámaso extrúctam, et saéculo
elápsó detéctam. At ipsae desunt ruínae (proh dolor!),
quae sancti Valentíni aedem Via Flamínia a sancto
Pontífice ornátam testéntur.

Haud vero praeteríre fas est Triumpháli via mo-
numéntum Apostolórum Petri et Pauli: de basilíca enim

Vaticána óptime fuit méritus Dámasus, de quo in illius pariete olim legebátur:

« Intima solhcite perserútans víscera terrae,
Siccávit totum quidquid madescerat humor:
Invénit fontem, praebet qui dona salutis. »

Multa ne mémorem, Via Cassia Alexándri Episcopi et Mártyris eryptam dénuo extrúxit, et illius festivitátem quotánnis recoléndam statuit sexto Kaléndas Decémbres. *Ad Sylvam cándidam* Via Cornélia sanctárum víginum Rufinae et Secúndae basilícam a Julio I. incéptam Dámasus absólvit; ac demum via Portuénsi in Coemetério Generósae *ad sextum Philippi* sanctis Simplicio, Faustino et Viatrici basilícam aedificávit.

IV. Tot licet tantisque artis opéribus et carminibus pius et munífcus Antístes équidem insígnis, humilitáte et modéstia preclárior éxstitit. Compértum enim est, illum sancti Hierónymi ópera usum fuisse, ac saepe hunc rogásse uti discipulus magístrum, nec non máximo Scripturárum intérpreti proposúisse difficultátes et quaestiónes praesértim de sacris Codicibus enodándas; ab ipso Hierónymo tamen Dámasus *Virgo Doctor Ecclesiae virginis* laudabiliter appellátus. Postquam ígitur decus luménque orbis cathólici illuxisset, populíque románi amor et delíciúm, útpote qui sanctitáte non minus quam ingénii suavité clarus, Petri navículam octódecim fere annos in Urbe gu-

bernáverit; labóribus plenus ac méritis, aetátis suae-
anne octogésimo, summum terréni principátus ápicem
cum caelésti regno commutávit.

V. At sacrae tanti Pontíficis exúviae sua quoque
glória non caruere: fuit, fuit *sepúlchrum eius gloriosum*;
grátiam síquidem miraculórum qua vivens sanctus
Dámasus magnópere potítus fuérat, ossa eius testántur
ipsum retinuisse post mortem. Verbis utar, quibus
prodigia Petrus, Sedis Apostólicae Diáconus, (*) enárrat
in sermóne, quem in Dámasi Titulo et honórem hábuit.
« Iam crebro, inquit, Fratres, vidístis hic daemónia
effugáta, febricitántium córpora sanáta; et quod his
maius est, clínicos et contráctos exténtos: ut nuper
visum est in quodam hómine incéssu vestigiórum pri-
vátó; qui huius ante fores Ecclésiae pósito, cum non
diffideret se salvátum iri, cátenus ipse per se coepit
substantáculis lígneis répere, quátenus huc potuit per-
tíngere: cui, sicut demum ipse proféssus est, lux ex
improviso áccidens, velut lampas infúlsit, et illico pe-
dum vestígia reparávit. Quod vero séquitur non solum
scripta eiusdem Tituli, verum etiam pictúrae decla-
rant..... Haec autem mirácula alii beato Lauréntio-
Mártýri, álíi beáto Dámaso députant Confessóri. Nos
autem in miráculis non dividimus, quos una pátria

(*) *S. Damasi Papae opera quae extant et vita ex codi-
cibus mss. cum notis Milesii Sarazanii I. C. Romani. Romae
Typis Vaticanis 1638. pag. 61.*


génuit, una Ecclésia promóvit, una Basílica colit in terris, unus Deus coronat in caelis. » Ita in citáto sermóne.


VI. Nobis vero, qui testes prodigiórum non sumus, Sodáles ornatíssimi, potíssimum sanctus Póntifex exéempla réliquit, ut sequámur vestigia eius. Cúltor undequáque Mártyrum Dámasus eorúmque vates utilimus, cultóres nos éxcitat ópere et sermóne, versa oratióne et exémplic. Quem si, tamquam filii paréntem amantíssimum, ac Patrónum devóti cliéntes, ímpigre nunc imitati fuérimus; congaudentem in coelis aliquándo, et nos aetérna faustitáte potiti, consórtem habére merébitur.

Tuque, Sanctíssime Praésul, Hispániae, quae felix ac sánctos tot viros génuit, fidem tueáris, Gentique tuae praecipuum hoc decus usque serves: Christíque ovíle, cui sapiéntia, et sanctis opéribus mirífice praefuísti, ab ímpiis lupis et perditíssimis hóstibus úndique aggrediéntibus, continua apud Deum intercessióne custódias. In primis beáti Petri tuíque successórem, ac Pontíficem nostrum Leónem, quem fortitúdinis a te relícta exéempla secútum, tetérrimis hisce tempóribus contra ímpios atque infensíssimos Ecclésiae Christi insecutóres strénue dimicántem agnoscimus, tu ímpigre tueáris, prótegas ac foveas: ut, ingrátissimis filiis ad bonam frugem aliquándo conversis, cum matre Ecclésia et bonis ómnibus optáta pace laetetur. Amen.

BREVIS DISSERTATIO

AD EORUM ARGUMENTA REFELLENDI,
QUI S. DAMASUM ROMAE NATUM AFFIRMANT.







Biduo postquam hanc Homiliam dixeram in Coemeterio Domitillae, via Ardeatina (feria V. die XIV. Decembr. 1893), clarissimus D. Isidorus Carini, Urbanus Antistes, Basilicae S. Petri Canonicus, et Praefectus Bibliothecae Vaticanae, donomisit, uti comiter assolet, libellum suum, *Epigرافia e Paleografia del Papa Damaso. Appunti per la nuova scuola Vaticana ecc. Tipografia Vaticana 1889*. Quem protinus cum avide perlegerem, haud parum miratus sum ad haec verba... (pagg. 3, 4, 5) « Il Papa illustre, la cui vita occupa quasi tutto il IV. secolo (perchè nasce alla vigilia della pace costantiniana, prende parte alla tremenda lotta contro l'arianaeresia, assiste operosamente alla morale trasformazione dell'Impero) ebbe patria Roma; e, sebbene il *Liber Pontificalis*, anzi (mossi da tale autorità) il Baronio, il Pagi, il Giacconio lo diano alla Spagna; a Roma, col Tillemont e col Merenda, lo rivendica la critica spregiudicata e imparziale. Morto infatti *prope octogenarius*, come dice S. Girolamo, nel 384, dovè nascere verso il 305, quand'era tuttavia caldo il sangue dei confessori e de'martiri del Cristo, e duravano ancora la persecuzione e la confisca dioclezianea. L'epigramma che ei fece incidere sulla porta della basilica di S. Lorenzo (non lungi del teatro di Pompeo e presso le *stabula factionis prasiniae*, stalle della fazione verde del Circo) appellata perciò in *Damaso* e in *Prasino* (1), rac-

1] « Non è sul sito della scuderia, che S. Damaso costruì la sua Chiesa: ma piuttosto sul sito della casa paterna. »

Pauca ad hanc notulam cl. I. Carini. Plurimos in re consulimus auctores, seu archaeologiae peritos; ast fatemur neminem reperisse, qui de domo **paterna** Damasi verbum ullum fecerit. Patet e contra ex historia et documentis quod S. Damanus primus Ecclesiam, nullo modo prorsus antea exstantem, prope theatrum Pompeii aedificaverit.

« conta che in quel luogo cominciò, e proseguì suo padre il
« corso clericale negli uffici di *notaio, lettore, diacono e*
« *sacerdote*;

« *Hinc pater exceptor, lector, levita, sacerdos.* »

« Ora, essendo la carica di *exceptor* affidata a giova-
« netti, giusta la nota formola de' *pueri exceptores*, il padre
« dovè trovarsi in Roma fin dalla prima età, ed in Roma per-
« tanto bever Damaso le prime aure di vita. »

Bona cum venia tanti Viri, quem summopere diligo et facio, liceat mihi hispano pauca heic afferre, quae eiusmodi decus, S. Damasum, Hispaniae vindicant, et contraria argumenta illius ad trutinam revocare. Id itaque assero: Ex scriptorum copia et auctoritate; ex silentio illorum qui de rebus Romanae Ecclesiae conscripsere, ac praesertim illustrium virorum seu martyrum seu confessorum, quorum non patriam Urbem modo significant, sed et domum in qua orti sunt vel degerunt; ex affirmationibus parvi momenti tum Tillemontii tum Merendae; denique ex ipsa cl. I. Carini allata ratione minime evincitur Damasum natum fuisse Romae, sed in Iberica peninsula, quemadmodum traditio et citati Auctores huc usque docuerunt.

Ceterum quod ibi putemus fuisse aedem *paternam* Damasi obstat

1. Loci natura: compertum est enim ibi spatia extitisse publicis spectaculis sive ludis habendis; non aedes, vel domus: et 2. hortum ibi, seu publicum viridarium, adfuisse liquet etiam ex, Cod. ms. Bibliothecae Vaticanae [*apud Bibliothec. Patrum tom. 27*] uti retulit Ioannes Baptista Bovio [*La Pietà trionfante ecc. Roma 1729*]; quem hortum “ sibi dari ab imperatore Valentiniano juniore S. Damasus poposcit, in quo templum Laurentio compatriotae fabricaret..... Valentinianus petitioni annuit etc. „ Ast ne pluribus te, lector, fatigemus; videas, quaeso, quae disserimus §. II.

§. I.

AFFIRMANT DAMASUM FUISSE HISPANUM

1. **Liber Pontificalis**, (inde a saeculo quinto inceptus et saeculo nono absolutus) « *Damasus natione Hispanus, ex patre Antonio etc.* »

2. **Vita B. Damasi Papae**, Ex Cod. ms. (saeculi V.) Archivii Canoniorum S. Petri ab Ubaldino F. edito, et Urbano VIII. dicato (Typis Vaticanis 1638). *Fuit Beatus Damasus natione Hispanus et ex patre Antonio etc.*

3. **Luitprandus**, de Vitis Pontificum. An. 646. *Damasus natione Hispanus et ex patre Antonio etc.*

4. **Gottofridus Viterbiensis**, part. 16. Chron. Urbano III. Pontifice scripta anno 1186. *Damasus Hispanus tunc Romae papa resedit, etc.*

5. **Franciscus Petrarca**, Chronache ecc. An. 1350. *Damaso nato in Ispagna figlio di Antonio, ecc.*

6. **S. Antoninus**, Hist. part. 2. tit. 9. cap. 2. An. 1445. *Defuncto Liberio, Ecclesiam Dei suscepit Damasus, natione Hispanus, etc.*

7. **Platina**, in Vitis Pontificum. Ann. 1472. *Damaso di natione Spagnuolo e figliuolo d'Antonio, ecc.*

8. **Iacobus Philippus Bergomas**, in supplemento Chronicorum Ann. 1494. *Damasus Papa, natione Hispanus, patre Antonio, etc.*

9. **Sabellicus**, Aenead. 7. libr. 8.º Anno 1494. *Subiicitur in defuncti locum Damasus, patria Hispanus, cuius pia administratio, etc.*

10. **Petrus Crinitus**, de Poetis An. 1500. *Damasus, natione Hispanus, nobili atque clara familia ortus est etc.*

11. **Volaterranus**, lib. 22. An. 1502. *Damasus Hispanus, etc.*

12. **Tritemius**, de Scriptoribus Ecclesiasticis, An. 1504. *Damasus Papa, natione Hispanus, sedit post Liberium, etc.*

13. **Iacobus Florus**, in fastis ad Clementem VII. ms. lib. 12. An. 1525. *Hunc sequitur Damasus... genuit quem Hispania, etc.*

14. **Silius Gregorius Gyraldus**, de Poetar. histor. dialog. 5. An. 1550. *Fuit (Damasus) Hispanus... natione, nec ignobili genere natus etc.*

15. **Onuphrius Panvinus**, Epitome Pontificum Romanorum (1557) pag. 14. *Damasus natione Hispanus, patria, etc.*

16. **Ioannettus**, in libro pontificum Romanorum ex Germanis Auctoribus An. 1570. *Liberio subrogatur in magna controversia Damasus, genere Hispanus, vir quippe bonus, et Pontifex... optimus, etc.*

17. **Carolus Stephanus**, Novum Dictionarium historicum ac poeticum. *Damasus poeta Hispanus, qui floruit temporibus Eutropii et Orosii: hic creatus Pontifex Romanus complures hymnos scripsit: Vide Suidam etc.* Lugduni, 1575.

18. **Angelus Rocca**, de Bibliotheca Vaticana An. 1590. *Damasus Papa, natione Lusitanus, etc.*

19. **Caesar Baronius**, (1593) Annales Ecclesiastici t. 5. pag. 240. *Post obitum Liberii vacasse sedem dies sex, in eiusdem locum Damasum Hispanum, Antonii filium, etc.*

20. **Alph. Ciacconius**, in Vitis Pontificum An. 1601. *Damasus, Antonii filius, Hispanus, ex oppido Lusitaniae, etc.* (Cl. etiam alteram editionem Vaticanam 1630 Francisci Cabrera Morali et Andreae Victorelli, in quo habentur additamenta et Ferdinandi Ughelli: insuper editionem romanam anno 1677, cum notis A. Oldoino Soc. Iesu).

21. **Oldoricus Rinaldi**, Annali ecclesiastici part. pr. pag. 466. *Tutti affermano che per la morte di Liberio vacò la Chiesa sei dì; che dopo lui fu legittimamente eletto Papa Damaso, Spagnuolo, figliuolo d'Antonio, ecc.*

22. **Ioannes Palatius**. Gesta Pontificum tom. I. p. 171. *En primus ab Hispania Rex idem hominum Phoebique sacerdos, Damasus Romam tulerit togam, etc.*

23. **Petrus Ribadeneira**, Soc. Iesu. Flos Sanctorum, S. *Damaso papa, español. ecc.*

24. **Alphonsus Villegas**, Flos Sanctorum. S. *Damaso fué de nación española.*

25. **Iacobus Valdesius**, de dignitate regum regnorumque Hispaniae etc. cap. 8. pag. 86. *Nec aureo hoc saeculo felicitas Hispaniae minor extitit in eo quod Pontificem summum Damasum, Hispanum, Ecclesiae Catholicae obtulerit, qui ex eius regione missus est, etc.* (Granatae 1607).

26. **Martius Milesius Sarazanius.** (Opera edita a Federico Vbaldino Rom. 1638) I. C. Romanus.

27. **Ioannes Tamayo Salazar,** Anamnesis sive Commemorationes Sanctorum Hispanorum etc. Tom. VI. pag. 452: Lugduni, 1659.

28. **Iosephus Silos,** Bituntinus ex Ord. Clericor. Regular. — Mausolea Romanorum Pontificum (Romae 1670) pag. 56. Inscriptio XXXVIII. *Natales Damaso generosa Hispania cunas, etc.*

29. **Augustinus Oldoinus,** Soc. Iesu. Necrologium Pont. (Romae 1674) pag. 252 *Anno salutis 384... decessit Romae Damasus, huius nominis primus, in ordine Pontifex duo quadragesimus, cui Hispania cunas dederat, etc.*

30. **Idem.** Athenaeum Romanum (Perusiae 1676) p. 170. *Damasus, Antonii filius, Natione Hispanus, ex Presbytero Cardinali creatus Summus Pontifex.....*

31. **Carolus Bart. Piazza,** Emerologio sacro di Roma cristiana (Roma 1690) tom. 2. pag. 546. *S. Damaso Papa, di nazione Spagnuolo, illustre non meno per la sua dottrina, ed erudizione, che per la sua prudenza, zelo e costanza contro gli eretici, ecc.*

32. **Iosephus Saenz de Aguirre,** S. R. E. Card. Collectio Maxima Conciliorum Omnium Hispaniae (Romae 1693.) tom. I. pag. 49. Catalogus antiquus Romanorum Pontificum a S. Petro usque ad an. 757. Ex codice vetustissimo Bibliothecae Palatino-Vaticanae etc. *DAMASUS Natione Spanus, ex patre Antonio, sedit annos XVIII. m. III. d. XI. Hic accusatus invidiose de adulterio, purgatus est a 44 Episcopis. Hic constituit, ut psalmi die noctuque in Ecclesia canerentur. Hic ordinavit Episcopos LXII. Presbyteros XXXI. Diaconos XI.*

33. **Ioannes Ciampini,** De Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-cancellario: Romae 1697 pag. 451. *Ille Hispaniarum decus, Sanctus Damasus, Pontifex non solum hanc S. Laurentii Ecclesiam a fundamentis erigere, etc.*

34. **Ioh. Iacob. Hofmannus.** Lexicon Vniversale (Lugduni Batavorum 1698) tom. 2. pag. 8. *Damasus I. Hispanus, post Liberium, cum Ursicino, etc.*

35. **Ferdinandus Ughellus,** Italia Sacra sive de Episcopis Italiae (Venetiis 1717) tom. I. pag. 41. — 38. *S. Damasus deinde, Valentini, Valentisque temporibus, Iberus, Antonii filius, etc.*

36. **L. A. Muratorius.** Rerum Italicarum Scriptores (Mediolani 1723) tom. III. pag. 114. *Damasus, natione Hispanus, ex patre Antonio.*

37. **Michael a S. Ioseph,** ex Ord. SS. Trinitatis, Episcopus Accitanus, Bibliografia Critica (Matriti 1740) vol. II. pag. 111. *S. Damasus, natione Hispanus.... Romae Urbis Episcopus, multa et brevia opuscula heroico metro edidit, et prope octogenarius sub Theodosio Principe pretiosa morte translatus est.*

38. **Antonius Fonseca.** De Basilica S. Laurentii in Damaso (Fani 1745) cap. 2. pag. 5. *Sancti Damasi patriam quod spectat, Auctores in diversum abeunt, Tillemontius pro certo habet Sancti Viri ortum Romae deberi, et ex nullis rationum momentis, aut vetustatis monumentis erui posse eius patrem ex Hispania eo venisse. Verum HAEC OPINIO EST OMNINO DESERENDA, UTPOTE SINGULARIS, ET HISTORICORUM AUCTORITATE DESTITUTA, qui unanimiter asseverant, S. Damasum ortum habuisse in Hispania.*

39. **Ioannes Bapt. Bovius.** La Pietà Trionfante (Roma 1729) cap. 3. pag. 19. *Nacque adunque Damaso l'anno trecento quattro della nostra salute.... teneva un grande antemurale la fede in persona del famoso Spagnuolo, e la potestà Pontificia un gran Difensore contro gl'insulti dei miscredenti...*

40. **Chronologia Romanorum Pontificum,** superstes in pariete australi basilicae Sancti Pauli Apostoli Viae Ostiensis depicta saeculo V. seu aetate S. Leonis PP. Magni, cum additione reliquorum Summorum Pontificum nostra ad haec usque tempora producta jussione Sñi Dñi Nri Benedicti PP. XIV. (Romae 1751) pag. 22. *Sanctus Damasus, natione Hispanus, ex patre Antonio.*

41. **Franciscus Perez Bayer.** Damasus et Laurentius Hispanis asserti et vindicati. Romae 1756.

42. **Antonius M.a de Lugo.** Dizionario Storico, (Napoli 1754) tomo 2. pag. 6. *Damaso I. Papa Spagnuolo nato in Guimaraens.*

43. **Ladvocat.** Dizionario Storico, (Bassano 1773) t. 2. pag. 181. *Damaso Papa rinomato, nativo di Guimaraens in Spagna...*

44. **Matthaeus Aimerichius.** Specimen veteris Ro-

manae Litteraturae (Ferrariae 1784) tom. 1. pag. 176. *S. Damasus, Romanus Pontifex, Hispanus genere, Vir doctrina, et sanctitate Romae illustris, etc.*

45. **Nicolaus Antonio.** Bibliotheca Hispana vetus. (Matriti 1788) tom. I. pag. 181. Postquam a § 179 ad 185 de natione et patria S. Damasi scite disseruerit, plurimosque auctores attulerit verbis «*Hispanum utrumque* (S. Damasum et Eutychium) *affirmantes de quo nullus dubitat*, adiicit sequentem notam. Atqui non dubitant modo, sed Damasum Romanis plane civibus adscribunt Tillemontius (*Memoir pour l'Hist. Tom. VIII, p. 387 et 773, Ed. Venet. 1732*). Ant. Maria Merenda (*Opusc. et gest. Damasi, Romae 1754 init.*) Gregor. Iac. Terribilinus (*Ad. ad Merend. Opusc. et gest. Damasi pag. 1.*) et fortassis alii. Immo quia Damasus eadem qua Laurentius patria genitus alicubi a Paulo Diacono dicitur: hunc quoque Levitam et martyrem invictissimum, dudum ut ipsi aiunt patria exulantem, Romano tandem natali solo restituisse iactitant. Praeiverat in hanc sententiam Cl. Oratorii Romani Presbyter Iosephus Blanchinus, singularis olim, vel dissentiens, amicus noster, vulgato primum Veronensi mille et amplius annorum Sacramentario sub splendido *Leoniani titulo* (*In Anast. Biblioth. T. IV. Ed. Rom. 1735. a pag. XII.*) eique mox succenturiati fuere Franciscus Victorius Eques Romanus (*Dissert. Philolog. Romae 1751. pag. 91*), Iacobus Comes Acamus (*Dell'antichità autore e pregi del Sagrament. Veron. Romae 1748. pag. 224*), Anonymus Romanus (*Memorie di S. Lorenzo. Romae 1756. in Nuncup. ad Laur. Columnam*): aliique merito suo minime tacendi, sed quos prodere religio est. Atque hi quidem propriae litis arbitrium sibi permittentes causam pro Romanis atque dictam censuere, Laurentium subinde suum repetentes, deque recuperando cive nobilissimo Quiritum fidem inclamantes: ut vel Blanchinus, vir alias modestissimus, temperare sibi nequeat prae gaudio, quin erumpat (*Not. CVI. ad libell. Orat. antiquiss. rit. Gothici, inter Oper. V. Card. Thomasii T. I. pag. 292.*) *Ut pro Homero olim Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnaei: ita plerique nunc pro Sancto Laurentio faciunt. Pugnant de eius patria inter se, disserunt, atque contendunt, Laurentium unusquisque suum repetens, suum vindicans. Ego (pergit) nunquamne reponam? Me, me: adsum.*

*Et quoniam S. P. Q. R. decreto civis Romanus sum, Laurentium Romanum fuisse dico, vindico, repeto atque confirmo ad eiusdem Populi Romani gloriam laudemque sempiternam. Nec solis coniecturis indulgeo, sed etiam testem locupletissimum affero, Sacramentarium videlicet Leonianum. Ex hoc igitur limpidissimo fonte puriores aquas hauriam, perficiamque profecto Laurentium non segregandum, cum sit Romanus civis, a numero civium; sed contra totius Urbis, et Sacri Collegii Apostolici acclamatione repetendum esse fateantur omnes. Concluditque: Si nihil de civitate (Romana) Sancti Laurentii dicerem, dicta causa esset. Horum autem occasione Romae cum essem ad an. 1756. frequensque in amicorum colloquiis de Laurentii patria sermo incidere, commentarium ibidem edidi inscriptum: *Damasus et Laurentius Hispanis asserti ac vindicati*, apud Ios. et Phil. de Rubei 4. itemque alium qui adhuc schedis latet, *De auctore Sacramentarii Veronensis falso ac per summam iniuriam Sancto Leoni Magno applicti*. Ac de priore quidem Ioannes Laur. Berti Augustinianus, clarissimus Theologus et Historicus (*Breviar. Hist. Eccl. ad ann. 366. in not.*) *Sanctos Damasum Pontificem et Laurentium M. Hispanos, quos nonnulli Recentiores Romae exortos scripsere, Hispaniae asseruit vindicavitque vir...* Franciscus Perezius Bayerius. Et Franciscus Ant. Zacharias Estensi Bibliothecae praefectus, Orbi Literario satis notus, in Oratione quam Bononiae in Aede S. Laurentii di Porta Stiéra 10 Aug. 1757. ad Populum habuit, cum praedixisset: *Si mosse Sisto ad elegger Lorenzo uom forestiero a suo Ministro: haec subnotat: Che San Lorenzo fosse Romano, e non Spagnolo siccome volgarmente si crede, prese a provarlo il dotto P. Bianchini nelle note all'Orazionario Gotico-Spagnuolo che trasse da un Codice Veronese; e il Ch. Signor Commendatore Francesco Vettori nella sua Dissertazione Philologica stampata a Roma nel 1751. Ma... il Canonico Franc. Perez Bayer ha ultimamente assicurata a la sua nazione la gloria d'averci dato San Lorenzo con un fortissimo libro intitolato: Damasus et Laurientus Hispanis asserti ac vindicati. Romae 1756. Multum me in his fuisse agnosco; sed diversum egit nova praeiudicataque de Damaso et Laurentio Blanchini opinio, quam cum ipsis auctore et propugnatoribus EXSTINCTAM, NEC ULLI**

UNQUAM EX ERUDITIS, QUOS MAIORUM GENTIUM VOCANT,
DEINCEPS PROBARI AUDIO.

46. **Ioannes de Ferreras**, Synopsis Històrica Chronològica (Madrid 1775) tom. II. pag. 295, A. C. 367. *En Roma habiendo muerto el Papa Liberio à 15 de Septiembre, fué electo en su lugar por la mayor parte del Clero y los demas fieles San Dámaso Presbytero, natural de nuestra España...*

47. **Henricus Flores**, Clave Historial (Madrid 1794 edicion. XIV) pag. 74 *S. Dámaso, Español: tuvo mucha amistad con S. Jerónimo...*

48. **Iosephus Novaes**, Elementi della Storia de' Sommi Pontefici; tom. I. pag. 131. Roma 1824.

49. **Almanacco Storico Universale**, Vol. I. pag. 71. et Vol. X. pag. 15 (Roma 1826) *Ottobre I. 366. Eletto Damaso I. spagnuolo Pontefice XXXVIII...*

50. **Biografia Universale**, (Venezia. 1823) volume 15 pag. 369. *Damaso I. Papa, Spagnuolo di nascita.*

51. **Dizionario Storico**, dell'Abate Francesco Saverio de Feller (Venezia 1832) volume 4. pag. 18. *Damaso I. Papa Spagnuolo, diacono della Chiesa Romana...*

52. **Nuovo Dizionario Storico**, (Torino 1833) vol. II, pag. 13. *Damaso I. (santo), Papa, nato a Guimaraens, fu eletto nel 366.*

53. **Artaud de Montor**, gallus, scripsit Historiam Summor. Pontificum et in linguam Italicam vertit Anacreonte Genovesi. (Firenze 1848) volume I. pag. 209, *San Damaso I. era nato a Guimaraens nel Portogallo, inviato a Roma molto per tempo, divenne in principio scrivano, lettore, poscia diacono, e finalmente prete cardinale.*

54. **Vincentius de la Fuente**, Historia Ecclesiastica de España (Barcellona 1855) tom. I. pag. 81. *La Historia nos presenta otro Emperador y otro Obispo y Pontífice, oriundos de España, nobilísimas figuras en el teatro de la Iglesia, San Dámaso y. Teodosio...*

55. **Le Gesta dei Sommi Pontefici**, (Torino 1892) *San Damaso I. da Vimarano in Portogallo. Il Concilio di Calcedonia lo appellò ornamento e gloria di Roma...*

56. **M. N. Boulet**, Dictionnaire Universel *Damase (S.) pape, né en Portugal* pag. 493. Paris, 1869.

57. **Severus Catalina**, Roma (Madrid 1873 pag. 589).

S. Lorenzo y S. Dámaso dos nombres que constituyen la más pura gloria de España en los primeros siglos del Cristianismo.

58. **Franciscus Aguilar**, Episcopus Segobriensis. Compendio de Historia Eclesiástica (Madrid 1885) tomo I. página 169. *A principios del siglo se había trasladado á Roma una familia española y muerta la madre, el padre fué ordenado sacerdote, mereciendo su hijo Dámaso desde muy joven ser también admitido en el Clero. El dia en que prendieron á Liberio (354) Dámaso, entonces Diácono, se obligó ante el pueblo con solemne juramento á no reconocer otro papa mientras aquel viviese etc...*

59. **Henricus Wouters**, Historiae Ecclesiasticae Compendium. Editio novissima cura scriptorum Bibliothecae Catholicae. Neapoli, paucis abhinc annis tom. I. pag. 106. 42. *Damasus Pontifex (an. 366). Post obitum Liberii legitimis suffragiis pontifex electus est et ordinatus Damasus, Hispanus, vir omni virtutum genere ornatus, ut ait Theodoretus.*

60. Addimus, ne plura, clarissimi coevi, immatura morte preempti *testimonium* nempe Card. Iosephi **Hergenroether**, Praefecti Archivii Vaticanis, qui generalem Ecclesiae scripsit historiam. Ex — Album Pontificum — opus in hispanicum et gallicum sermonem versum ab i. v. D. Iosepho Vallet y Piquer (Barcellona 1885).

« *Saint Damase premier.*

Ce Pape, qui fut un orateur et un poète, était espagnol, etc. »

61. **Conte Francesco Cristofori**, Storia dei Cardinali di Santa Romana Chiesa ecc. (Roma. Tipografia de Propaganda Fide 1888) pag. XXXV. « Dal 366 al 384,, 11 Dicembre *S. Damaso Spagnolo.*

62. **Henricus M. Pezzani**, Codex Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae, (Mediolani 1893) pag. 147. « *S. Damasus, Hispanus.* Opus cuius I. volumen hisce diebus, quum haec scriberem, typis vulgatum est, et a P. M. De Luca S. I. Iuris Canonici professore in Athenaeo Gregoriano, laudatum.

63. Constantier denique legimus in « *Cronotassi dei Sommi Pontefici Romani* » relata quotannis in « *Gerarchia Cattolica ecc.* — quae typis Vaticanis editur: N. 39 *San Damaso I. spagnuolo, creato an. 366, morto 384. Governò anni 18, mesi 2, giorni 10.*

Equidem norit clarissimus Carini, allatos Scriptores fide et auctoritate pollere: quibus addere possem etiam plurimos, quos meminit cl. Ioannes Tamayo Salazar, Martyrologii Hispani tom. VI. Lugduni 1659; Nicolaus Antonio, Bibliotheca Hispana vetus, tom. I. Matrili 1788; et cl. Franciscus Perez Bayer in suo opere — *Damasus et Laurentius Hispanis asserti et vindicati* — Romae 1756. Norit etiam quod hocce opus revisum et promerito laudatum fuit a celeberrimo Fr. Thoma Maria MAMACHIO, Theologo Casanatensi: cuius quidem, inter alia notanda sunt verba: « *Tot antiquorum testimoniiis, tot coniecturis ex actis Sanctorum, ex libris Liturgicis, ex carminibus poetarum Christianorum veterum ductis, totque exemplis, ex historia petitis, quemadmodum suam (Franciscus Perez Bayer) confirmavit, sic adversariorum depulit opinionem, ut vix cuiquam locum resistendi ullum reliquisse videatur.* »

— — —

Satis de auctoritate. Ad alterum argumentum gradum facimus, nimirum: EX SILENTIO EORUM, QUI DE REBUS SCRIPSERUNT ROMANAE ECCLESIAE, AC PRAESERTIM ILLUSTRIVM VIRORVM SEU MARTYRVM SEU CONFESSORVM, QUORVM PATRIAM URBEM NOBIS SIGNIFICANT, IMO ALIQUANDO DOMUS ETIAM, UBI ORTI SUNT VEL, SEDEM HABUERE, EVINCIMUS DAMASUM NON ROMAE NATUM FUISSE, SED IN PENINSULA IBERICA.

§. II.

Illud pene dixerim in more positum est scriptorum de viris illustribus Romanae Ecclesiae, ut nobis Urbis regionem, situm et veluti aedem significant, ubi Christi fidei adsertores ortum habuere, vel degerunt: quod persaepe monumenta adhuc extantia confirmant. Ita ex. gr. scimus in Aventino colle habitasse Aquilam et Priscillam, apud quos constans traditio docet divertisse Beatum Petrum Apostolum quum primo in Urbem venerit, quoadusque imperatoris edicto cuncti judaei Urbe expulsi sunt. In eodem colle sanctam Sabinam

scimus paternam domum inhabitasse; in *Vico patritio* fuisse domum Pudentis, ibique eundem Principem Apostolorum, qui rursus in Urbem, ante Annum LXVII. advenerat, moratum fuisse, atque ab eo consecratos et in Hispaniam missos septem sanctos Episcopos, anno LXIV. qui primi post Sanctum Iacobum maiorem Apostolum Ibericis populis evangelium praedicarunt: id constanter a maioribus Hispani nos accepimus. Eodem in vico noscimus sitam domum Hippolyti. Item in Exquiliis habitavisse S. Cletum (1), et S. Eusebium presbyterum: in Coelio tum sanctum Clementem, tum sanctam Cyriacam: in regione *Viae Latae* S. Marcellum I, et S. Iustam, S. Silvestri I. matrem: in Quirinali S. Caium Papam, nec non Gabinium eiusque filiam Susannam: S. Iustam haud procul a *Meta Sudante*: S. Quirinum Subdiaconum, S. Pontianum e nobili genere, et nobilem virginem S. Caeciliam in regione transtiberina, uti sanctas virgines sorores Rufinam et Secundam, etc., ne plures memorem qui ante Damasi aetatem vixerunt. Idipsum dicere possem de multis qui tempore Damasi floruerunt: ex. gr. de sanctis Ambrosio, Pammachio, de sanctis germanis Ioanne et Paulo, Lea, Paula matrona illustri, et Silvia, S. Gregorii I. matre; de Hieronymo, qui penes Aedem S. Anastasiae aliquando versatus est, a Sancto Damaso restauratam, etc.; ac tot praetereo qui eundem Damasum consecuti sunt, ex. gr. Gregorium Magnum, Ioannem Calybitam, Gregorium II. etc. Atqui, nemo sane inficiabitur, insignem tenet locum Damasus aetate sua, et insignis honos romani Pontificatus exstat. Quomodo tamen, nemo e scriptoribus romanae Ecclesiae paternam illius domum ne innuit quidem, si civis romanus in Urbe ortum duxerit? E contra scriptor, uti retuli-

[1] Liber Pontificalis ex. gr. nobis significat domum Romanorum Pontificum ante Damasi aetatem; — S. Cletus, de regione Vico Patritii — S. Clemens I., de regione Caeliomonte — S. Alexander I., de regione Caput tauri — S. Sixtus I., de regione Via Lata — S. Callixtus I., de regione Urberavennantio [urbis Ravennatum] — S. Marcellus I., de regione Via Lata — Ac post tempora S. Damasi — S. Anastasius, de regione Quinta Tauma caput tauri — Ioannes II., de Coelio monte. — S. Eugenius I., de regione prima Adventinense [Aventina] — S. Hadrianus I., de regione Via Lata — Valentinus II., de regione Via Lata — Sergius II., regionis quartae. — Hadrianus II., regionis tertiae. — Stephanus VI., de regione Via Lata. — Ioannes XVIII., de regione Vico Portae Methodiae, etc.

mus, Libri Pontificalis (saeculo V.) Hispanum illum fuisse praedicat: immo ex allatis auctoribus tum numero tum doctrina spectandis, complures audivimus, qui patriam Damasi Ibericae peninsulae adsignant, ita ut de ea nunquam in Aunsonia usque ad saeculum praeteritum mentio sit; sed quatuor illum sibi disputant civitates in Hispania et hodierna Lusitania, uti septem olim de Homero contigit inter se contendisse civitates.

Eruntne igitur magni momenti affirmationes Tillemontii et Merendae, quos cl. Carini tot scriptorum cuiusque aetatis auctoritati obiicit? Expendamus paullisper, ne nostra thesis haud solidis argumentis probari adversariis videatur.

§. III.

Itaque opponit nobis cl. I. Carini quod Tillemontius et Merenda *romanum civem* Damasum affirmant. Poterat addere et Terribilinum, ut ternarius numerus saltem, quum non exstet centenarius, adversariorum appareat.

Fortasse ipse clarissimus Amicus noster, *terribilem* tertium haud reputans, omittendum satius esse censuit (1). Pauca itaque dicenda de Tillemontio et Merenda, quos, omnes norunt, scripsisse saeculo superiore.

Atqui non magna sane auctoritate utrumque pollere, et quod potis est, adductas ab iisdem rationes minime rem evincere contendo. Quoad Tillemontium, compertum tunc temporis eum vixisse, ut verbis utar gallici cuiusdam scriptoris ex Ordine S. Benedicti, OÙ LA FAUSSE CRITIQUE SE DON-

[1] Gregorius Iacobus Terribilinius romanus, crambem recoxit et Tillemontii ariolationes obtrudit in Appendice opusc. S. Damas. et addit, a se animadversum fuisse quod ante Catalogum Romanorum Pontificum, sub Felice IV. an. 530 conscriptum, nemo e scriptoribus Hispanum dixit Damasum. At neque Romanum inquam fuisse affirmant. Compertum enim est de persona et gestis, minime de natione fuisse sollicitos primi aevi scriptores, et catalogum Pontificum sive seriem exacte transmittendam potissimum curavisse. Ceterum de Terribilinio apte dixit cl. Perez Bayer, quod is "*gratis affirmare atque, ut aiunt, sine lege loqui non erubuit*," Op. cit. pag. 7.

NAIT LES PLUS GRANDS AIRS (*Les Actes des martyrs par les RR. PP. Bénédictins de la Congregation de France*) et Iansenii haeresis, ait Cl. Ioannes Bapt. Lugari, PER TRIONFARE DE' SUOI PRINCIPII, AVEVA RESO D'UNO DEI SUOI CORIFEI IL TILLEMONT, UN'ORACOLO (*S. Sebastiano Memoriae publicatae in occasione del XVI. centenario del suo martirio con note archeologico critiche di G. B. Lugari. Roma 1889*). Et in sua *Bibliographia Critica* cl. Antistes D. Fr. Michael a S. Ioseph ex Ordine Smae. Trinitatis Excale., Episcopus Accitanus, postquam locutus est de « *lubrica critices arte, (illis temporibus dominante) cuius sectatorum cogitationes videntur regere non posse, sed divagari per devia sine arte ac regula...* » Constat sane Tillemontii cogitationes multiformes esse et inconstantes, nullaque certa regula circumscribi, ligari ac teneri; sed ad illius sensum gustumque mutari » Quod latius exemplis demonstrando prosequitur in suo tractatu *Crisis de Critices Arte*. Tillemontius itaque sua aetate, tribunitia hypercritici potestate fretus, omnia sibi permisit asserere, quae Romanis Pontificibus minime faverent. Iure igitur ecclesiasticus censor ne omnia illius scripta in vulgus ederentur vetuit: quae non hono equidem fato ab amicis post eius mortem evulgata fuere. Ceterum Tillemontius dum credulitatis vitium, nimis frequens saeculo ipsi anteriore, vitare studuit, in oppositos aberrantis incredulitatis scopulos incidit, praesertim in controversiis cum celebri P. Lamy habitis. Rudis indolis homo, in criticis scriptis exaggeratam severitatem prae se fert, et — quod potis est — nimium affirmat quin comprobet: saepius cum sua dicta et phrases non explicat, ingenium quo sane acuto praeditus erat, non revelat: ita ut ipsi amici conquerantur eum laconismis passim usum fuisse in notis (lege argumentis), quae addidit sententiis suis: quae res, nemo non videt, vim scriptis detrahit, atque infirmat, exacta quaeque sint, iudicia. Quantaenam, quaeso, auctoritatis Tillemontii sententia erit, Damasum in Urbe natum affirmantis? Expendam inferius ab eo adductum argumentum, quod cl. I. Carini rursus eruditore in medium protulit ratione.

Pauca nunc de Merenda. Fatendum equidem virum literis et eruditione clarum: qui opuscula et gesta S. Damasi Papae cum eruditis notis M. Sarazanii iterum collegit et illustravit. Ast quoad patriam tanti Pontificis is concinit Til-

Iemontio, huius unicum argumentum desumptum, ut infra dicemus, ex inscriptione Damasiana, magis expolitur referens: addens praeterea coniecturas, quibus conatus est demonstrare quasi impossibile fuisse iter parentum Damasi ex Hispania in Urbem quum Damasus puer esset, utpote quod multis difficultatibus foret obnoxium. Nihilominus compertum est, tum anterioribus, tum Damasi temporibus Hispanos Romam advenisse: et mirum sane quod Merendam, litteratum hominem, litterarum historia sub romano imperio adeo latuerit, ut vel nesciverit, vel oblitus fuerit, quod ex ipsius romani imperii historiis accepimus. Postquam, anno XXXVIII. ante J. C., Hispania Romanis penitus adhaesisset, et romani imperii provincia *nurtiva* appellata fuisset, propterea quod tritici omniumque frugum vigesima pars illi quotannis in Urbem mittenda foret, innumeri prope viri Hispani domi militiaeque ipsa in Urbe floruerunt. Exteros inter, primus Romae triumphi honores consecutus fuit Balbus hispanus (Gaditanus) Proconsul in Africa; alter quoque hispanus Balbus priori nepos triumphavit. Romanum Imperium adepti fuere Traianus, princeps pietate pietatis (1), de quo etiam divus Aldigherius cecinit:

« Io cui gran valore

« Mosse Gregorio alla sua gran vittoria » (Purg. X.)

et Hadrianus, ambo Hispani — Marcus Aurelius, ex Hispania oriundus — ac saeculo IV. Theodosius Magnus, qui vere honores Hispanicae gentis una cum sancto Damaso extitit: propterea quod tanto sub Pontifice ac piissimo Imperatore, ethnicae superstitionis reliquiis ac vestigiis omnino deletis, pax Ecclesiae Christi ubique terrarum in tuto collocata est.

Si de litterarum et philosophiae peritis sermo sit, ex Hispania geniti fuere — Caius Iunius Hyginus, qui primus Bibliothecae Caesariae in Palatino praefuit, multosque liberos romanorum civium docuit — M. Portius Latro, Orator Augusti aetate — M. Annaeus Seneca — Cornelius Hispanus — Turrinus Clodius — Iulius Gallio — Victor Statorius, aliique permulti.

Inter poetas ac philosophos merito recensendi sunt Hispani Lucius Annaeus Seneca — M. Annaeus Lucanus — M.

[1] Vid. Alfons. Ciacon. — Historia seu verissima a calumniis multorum vindicata, quae refert M. Vlpium Traianum etc. Venetiis 1583.

Valerius Martialis — Pomponius Mela, clarus geographus — Lucius Iunius Moderatus Columella — C. Silius Italicus — M. Fabius Quintilianus — Sextilius Hena — M. Annaeus Florus — gemini Balbi — Canius — Decianus — Antonius Iulianus Herennius Senecio — Iuvenecus presbyter, qui floruit Constantini Magni aetate — ac tempore ipsius S. Damasi, M. Aurelius Prudentius Clemens — Orosius Paulus, ut ceteros praeteream.

Hi omnes, ut patet, satis superque demonstrant, contra Merendae assertum, haud difficile fuisse uni vel alteri e Damasi parentibus a patria Hispania cum puero Damaso in Urbem migrare; ne dicam quod Iulius Caesar (fere tribus ante Damasum saeculis) ex Urbe profectus, iter faciens viginti-quatour dies, Gades usque, hoc est, ad extremas Hispaniae oras pervenit. Imperatorum vero aetate notum est, industriae et commercii provehendi causa (1), vias auctas, ampliatas fuisse; ita ut ex Hispaniis in Italiam venire facile fuerit.

Si ex Hispaniis viri bellicis rebus illustres Romam advenērunt, ac tot Oratores, poetae, historiaeque scriptores; haud numero minores sunt clariores Fidei viri, qui etsi in Hispaniis orti, dein Romanae Ecclesiae decus extiterunt. Quum Roma peninsulae Ibericae dominaretur, teste M. Tullio, Latinae eloquentiae principe, septuagies centena millia incolarum ibi numerabantur; ita ut Ausoniae populos facile numero excederent. Saeculo II. in cunctis Hispanicis regionibus Christi religio constituta erat, ibique III. saeculo innumeram iam aderant Christifideles. Inde vero summa erga Apostolicam Sedem Hispanorum devotio, summa obedientia, heroica gesta ipsorum ad religionem tuendam. Id causa fuit cur Hispani se in Urbe veluti domi suae degere putarent; omnique tempore ad beati Petri gloriosum Sepulcrum confluerent, Martyrum Christi aerumnas consolaturi, sacrasque exuvias digne condituri. Operis tamen pretium est sanctos aliquos Fidei adsertores haec recensere, quorum alii ante Damasi tempora, alii vero ipsius aetate Romam venerunt, eamque virtutibus et martyrio saepe cohonestaverunt.

[1] Ex Hispaniae fodinis [in Asturis, Gallaecia et Lusitania] vigintimillia librae auri quotannis in Urbem mittebantur.

Sanctum Laurentium Megalomartyrem ne meminerim, qui glorioso agone non modo Christi Ecclesiam, sed universum orbem illustravit; adest S. Melchades, (1) qui tertius supra trigesimum beati Petri successor fuit; — Osius Cordubensium Antistes, magni nominis vir, utpote qui in Urbe plusquam XX. annos degens, Constantino imperatori auctor fuerit ut ethnicis superstitionibus nuncium remitteret, strenue dein contra Arianos dimicaverit, ac Legatus S. Sedis praefuerit Nicaenae Synodo ubi, haeresi damnata, symbolum fidei obtinuit — S. Orontius presbyter, qui Romae una cum S. Eusebio; nobili romano, presbytero fame enectus martyrrium fecit in Exquiliis sub Constantio imperatore. — S. Flavianus Urbis Praefectus, qui tempore Iuliani Apostatae, dum martyribus sepulcro condendis piam daret operam, accusatus, et martyrio coronatus est ad aquas Taurinas. Uxor eius, Dafrosa similiter capite plexa est. Item eorumdem virgines filiae Bibiana et Demetria mortem pro Christi fide fortiter oppetierunt. Post Damasi aetatem, etsi iam difficiliora itinera effecta essent, non defuere qui ex Hispania praesertim VIII. saeculo Romam advenerint. Bina tantum afferam exempla, ne nimius sim. Quum Sanctus Gregorius Magnus romanam sedem obtineret, ex Hispania venit Adeodata, virgo Toletana, ut suam virginitatem Christo consecraret, et in Coenobio e se extracto vitam claustralem profiteretur. Exeunte saeculo VIII. ex Hispania Talarus Romam venit, qui pater fuit Hadriani II. Pont. Max., ac dein presbyter et Episcopus consecratus.

Merendae igitur argumento, petito ex itineris difficultate, quantum vis ac ponderis insit, videat lector: cui sane Tillemontii atque ipsius Merendae affirmationes quanti faciendae sint innotuit; etsi praecipuum ipsorum argumentum nobis refellendum supersit in sequenti paragrapho.

[1] Ortus est Mantuae Carpetanorum, seu Matriti; genitus a parentibus qui erant ex Africa, ac proprie ex Hispania Tingitana: ab Othone enim imperatore, anno LXIX. Baeticis regionibus Tingis orae adiunctae *Hispania Tingitana* appellatae sunt: unde S. Melchades Afer communiter perhibetur.

§. IV.

Asserit clarissimus I. Carini quod « *la critica spregiudicata e imparziale rivendica Damaso a Roma; benchè il Baronio, il Pagi, il Ciacconio* (et series longissima Auctorum quos §. I. recensuimus) *lo diano alla Spagna* (1).

Et subdit argumentum, ex Tillemontio et Merenda depromptum, hisce verbis: « *L'epigramma che ei (Damaso) fece incidere sulla porta della basilica di S. Lorenzo..... racconta che in quel luogo cominciò e proseguì SUO PADRE il corso clericale negli uffici di notaio, lettore, diacono e sacerdote:*

Hinc Pater exceptor, lector, levita, sacerdos.

Atqui « *essendo la carica di exceptor affidata a giovanetti, giusta la nota formola de' pueri exceptores, il padre, dovè trovarsi in Roma fin dalla prima età.* » Ergo « *in Roma dovè aver Damaso le prime aure di vita.* »

Seu, ut clarius dialectica forma utamur, dici potest: *Exceptoris munus pueris tribui solebat.* Atqui, in superiori epigraphi Damasus affirmat parentem suum in Urbe fuisse exceptorem; h. e. puerum Romae adfuisse: Ergo Damasus Romae, non in Hispania natus dicendus est.

Nostrum igitur est refellere maiorem et minorem syllogismi, ut pateat falsitas consequentiae. In minori cardo totius est quaestionis: hinc a minori exordimur.

Praestat in primis ob oculos lectoris ponere duplicem epigrammatis, seu epigraphis Damasianae lectionem, unde versus, superius allatus, desumitur. Altera est ex codice bibliothecae Viridunensis, seu Sylloge Viridunensi *e monumentis christianis Urbis Romae*, collecta saeculo VIII. « *una delle preziose raccolte epigrafiche, ait cl. Carini, compilate da' seguaci della scuola alcuiniana* » (2). Altera ex codice palatino deprompta est, seu Lavreshamensi, qui licet posterior (saeculo IX. manu exharatus), prior altero eruditus innotuit (3).

[1] Opus. cit. pag. 4.

[2] Opus. cit. pag. 51.

[3] Cf. de Rossi. *Inscriptiones Christianae Urbis Romae VII. saeculo antiquiores.* Vol. II. part. I. pag. 135 et pag. 151.

Sylloge Viridunensis Saec. VIII.

Isti versiculi scripti sunt in introitu ecclesiae ipsius
(S. Laurentii in Damaso)

Hinc **PUER** exceptor lector levita sacerdos
· · · · ·
· · · · ·
· · · · · cta
· · · · ·
· · · · · r secula nomen

Subiicit vero cl. I. B. De Rossi carmen, uti patet, mutilum esse ob chartam laceratam.

Lavreshamensis Sylloge Saec. IX.

IN ECCL. BEATI LAURENTII MARTIR
IN QUA REQ. SCS DAMASUS PAP

Hinc **PATER** exceptor lector levita sacerdos
Creuerat hinc meritis qm̄ melioribus actis
Hinc mihi prouecto xps cui summa potestas
Sedis apostolicae uoluit concedere honorem
Archibis fateor uolui noua condere tecta
Addere pterea dextra leuaq. columnas
Quae damasi teneant proprium p saecula nomen.

Eiusmodi inscriptio Damasiana, uti omnes norunt, insculpta sive exterius sive interius supra portam basilicae S. Laurentii *ad theatrum Pompeii*, nunc *in Damaso*, legebatur probabiliter usque ad annum 1486, quo vetustum Damasi templum (ab Hadriano I. et Leone III. saeculo octavo et nono restauratum) destructum est a Card. Raphaelo Riario tit. Sancti Georgii in Velabro, et Sixti IV. nepote, atque ab anno 1483 ad annum 1493 Dioecesis Osmensis, ac deinde anno 1521 Conchensis, in Hispania administratore Apostolico, novumque

ibidem aedificatum una cum Palatio Cancellariae, uti nunc videre est (1).

Amissi originalis igitur duo supersunt exemplaria, quorum alterum altero antiquius circiter saeculo, licet posterius innotuerit longe ante aliud. At si correctio adhibenda sit, nemo ignorat ex criticis regulis posterius exemplar corrigendum esse, non prius. Verumtamen pretium operis est animadvertere iterum atque iterum, quod super lectione palatini codicis non modo totum Tillemontii, Merendae et cl. Carini aedificium nititur; verum, quod potis est, tota historia de adventu in Urbem et mansione patris: nullum enim documentum, excepto verbo *pater* codicis palatini, in medium proferri potest, ut probetur quod pater Damasi in Urbem ex Hispania venerit, Romaeque exceptor, levita et sacerdos fuerit; etsi indubium probatumque sit, ipsius Damasi matrem et sororem in Urbem venisse, heic commoratas, et sepultas esse. Imo primum Damasi sepulcrum fuit « *iuxta matrem suam* » uti legitur in codice Archivii Canonicorum S. Petri saeculo V. mss. Age, si vera foret historia, quae ab adversariis omnino supponitur gratisque asseritur, de patre Damasi primum *tachigrafo*, seu *notario* ecclesiae Romanae, deinde ad gradus lectoris, levitae usque ad ordinem presbyteratus promoti; quam ratione tacuisset ubique in scriptis et carminibus Damasus, obsequens filius, qui hac in re, seu honore gloriari iure potuisset, nempe, quod parentem habuisset ad sacerdotium evectum? Curnam Damasus, qui vere humilis, noluit sua condere membra in Crypta Pontificum ad Coemeterium Callisti, veritus *cineres sanctos vexare piorum*; sepulcrum non penes parentem (si Romae hic fuerat, et supremum diem obierat), sed iuxta matrem et sororem Irenem elegit? Extabat, dicerem, sepulcrum familiae suae, ubi condi maluit Damasus: curnam siluit filius parentis sepulturam, si Romae pater moratus, et presbyter Romanae Ecclesiae mortuus fuerat? Ille inquam Damasus, qui versibus extulit omnes qui Romanae Ecclesiae bonam operam navarunt? Qui in epigraphico carmine in honorem levitae cuiusdam, Florentii nomine, adiunctum

[1] Cf. M. Armellini. Le Chiese di Roma, tipografia Vaticana 1891, pag. 373.

notatione dignum, elogio non praeterivit, scilicet quod Florentius patrem habuerit Episcopum, cui natus ad altare ministrabat, qui idcirco dupliciter (*sorte secunda*) filius carnaliter et spiritualiter extiterat? (1) Tacuissetne Damasus de parente suo in Urbe, uti asserunt, Sacerdote, qui sorori suae Ireni carmen inscripsit, eiusque corpus virgineum cum matre sepulcro condidit?

Quin igitur innuam de silentio Libri Pontificalis (2) omniumque coaevorum scriptorum quoad Damasi parentem in Urbe moratum, et ad presbyteratus ordinem rite evectum; satis superque erit dicere, sanctitati Pontificis non fore consonum de tanto parente reticere. Atqui filialis sancti Summi Antistitis pietas erga patrem in Urbe sacerdotem silet omnino: nullum verbum reperimus, uno excepto *pater*, quod recte, vel calami lapsu legimus in allato codice saeculi noni, dum in codice octavi saeculi pro *pater* legimus *puer*. Dicimus per lapsum calami; facile enim (vides lector) ex verbo **P**U**E**R scriba **pater** efficere potuit.

Malumus tamen dicere, in codice palatino irrepsisse errorem, quam sanctum Pontificem filiali pietate erga patrem caruisse. At, ne dixeris puerilem eiusmodi animadversionem, totum epigraphici carminis contextum inspiciamus oportet. Porro si cum cl. Adversario priorem partem seu primos duos versus epigraphis, parenti Damasi referamus, et reliquam ipsi filio Pontifici, fatendum est 1^o quod ipsum carmen parum sapit: 2^o ipsius Damasi modestiae humilitatique opponitur. E contra si integram Damaso referamus inscriptionem, vehementior poesis, clarior intelligentia, nobilior enitescit virtus Pontificis.

Neve argumentum parvipendas, quod approbatur, imo cl. Ioannis Baptistae Lugari, Advocati S. Consistorii, iudicio et

[1] Cf. G. B. de Rossi, *Bullettino di Archeologia Cristiana*. Serie III. Anno VI. 1881, pag. 36.

[2] Magni ponderis est in re nostra silentium Libri Pontificalis, in quo Pontificibus, qui parentem vel presbyterum, vel Episcopum, imo vel subdiaconum aut primicerium sortiti sunt, nunquam id legimus omissum; sed aperte notatum. Videas, lector. S. Bonifacius I., romanus ex patre Iucundo, Presbytero. — S. Felix III., romanus ex patre Felice, Presbytero. — S. Agapitus, romanus ex patre Gordiano, Presby-

calamo illustratur. Praestat eximii Viri afferre verba ex epistolis ad me datis, quibus satis superque maior et minor syllogismi cl. Carini expenduntur.

Utinur vero libentissime huius iuriconsulti Romani verbis, qui multa de re archeologica edidit scripta, (1) doctis eruditisque hominibus probata; quia ipsius sententia suspicione caret omnino quod rebus hispanicis studeat favere, uti nos qui patriae nostrae gloriam toto pectore sectamur.

« Chmo. e Rmo. Monsignore,

« Ritornando per poco sull'argomento trattato ieri da V. R. « io mi sono più e più convinto non potersi dubitare della « *nazionalità* del Papa Damaso. Egli era dell'antica Spagna, « e da piccolo venuto in Roma e qui sempre vissuto: il che « fu forse cagione che taluno lo dicesse Romano. Le ragioni « addotte dal Tillemont e dal Merenda, che non valsero a « persuadere la più parte dei dotti, non trovano conferma « nel carne collocato sulla porta degli archivi papali, giac- « chè, a me pare, che non solamente non si debba, ma non « si possa leggere in quel carne: *hinc pater*, ma che deb- « basi assolutamente leggere: *hinc puer*, e quindi che tutto

tero. — S. Silverius, campanus ex patre Hormisda, Episcopo Romano. — S. Deusdedit, romanus ex patre Stephano, Subdiacono. — Theodorus, graecus ex patre Theodoro, Episcopo. — Marinus gallsianus ex patre Palumbo, Presbytero. — Bonifacius VI., romanus ex patre Hadriano, Episcopo. — Stephanus VII., romanus ex patre Ioanne, Presbytero. — Leo VI., romanus ex patre Cristophoro, Primicerio. — Ioannes XIII., romanus ex patre Ioanne, Episcopo. — Ioannes XV., romanus ex patre Leone, Presbytero. His accensendus est Hadrianus II. origine **Hispanus**, natus Romae ex patre Talaro, **Episcopo**. Cf. A. Oldoino S. I. Athenaeum Romanum. Perusiae 1676. pag. 305. Cf. Martyr. Roman. « *Quinto Kalendas Martii*. Romae natalis sancti Felicis Papae Tertii, qui sancti Gregorii Magni **átavus** fuit ».

[1] Elenco degli scritti del chmo. G. B. Lugari.

1. Studii intorno ad alcuni monumenti antichi esistenti al IV. miglio dell' Appia. Roma, Befani 1882. — 2. La via della Pedacchia e la casa di Pietro da Cortona. Roma, Befani, 1885. — 3. Le Catacombe ossia il Sepolero apostolico dell' Appia. Roma, Befani 1888. — 4. La Domus Marmeniae ed il sepolero di S. Urbano al IV. miglio dell' Appia. Roma, Cuggiani, 1889. — 5. S. Sebastiano. Memorie pubblicate in oc-

« il carme non parli che di Damaso e del solo Damaso. *Hinc*
« *puer* si legge, come Ella ben sa, nel codice di Verdun,
« il quale è più antico del codice palatino; qualora dunque
« si dovesse per la critica correggere il testo di una delle
« due sillogi, chiaro è che si ha da correggere piuttosto
« quello di più recente scrittura, che quello di più antica.
« Quindi io penso che lasciando al suo posto il *puer* della
« prima silloge, debba correggersi il *creverat* della seconda,
« e leggersi non *creverat*, ma *creveram*. Questa correzione,
« oltre la ragione già addotta, ha questo di vantaggio che la
« converrebbe correggere una *parola*, e quà una *lettera*; ed
« un errore è più facile nel secondo che nel primo caso; e
« dovendosi correggere un testo, c'insegna la critica doversi
« attenere alla correzione più lieve, che alla più grave.

È giustissimo quanto osserva il Chmo De Rossi non po-
« tersi *temere refingere versum*, ma se si può *refingere* il
« **VERSO** della silloge di Verdun, non vedo perchè non
« possa cambiarsi **UNA LETTERA** nella silloge Palatina. Del
« resto che così debba essere, lo persuade il senso naturale
« del carme, e lo richiede la poesia, la quale perderebbe
« ogni forza ed ogni bello, se si leggesse *pater*. E di vero,
« qui Damaso direbbe:

« qui fanciullo *exceptor*, lettore, levita, sacerdote,

« qui cresciuto nelle dignità ecclesiastiche,

« qui già avanzato, fatto Pontefice

« qui volli che di Damaso restasse il nome.

« Del resto è chiaro che quel *mihì provecto* chiama a
« sè il *puer* del primo verso.

« Dice il Chmo Comm. De Rossi, che la lezione *puer*
« *exceptor* del Codice di Verdun sarebbe appoggiata alla
« nota formola *puerì exceptores*, e quindi che: *Viridunensis*

casione del XVI. centenario del suo martirio con note archeologico-
critiche. Roma, Guerra e Mirri 1889. — 6. Sull'origine e fondazione
di Roma. Dissertazioni 3, Roma, Cuggiani, 1888-1892. — 7. L'ori-
gine di Frascati e la distruzione del Tuscolo. Roma, Cuggiani 1894.
8. Dissertatio ad legem unicam Codicis de Thesauris. Romae, Cuggiani
1894. Ac praeterea plurima scripta, quae videre est in ephemeridibus
— *Bullettino della Commissione Archeologica* — *Cronachetta*
dell'Armellini, Notizie degli scavi ecc.

« *lectio recipienda videretur, et totum epigramma tamquam*
« *de semetipso Damaso scriptum interpretandum, nisi ob-*
« *staret versus 2 — CREVERAT HINC MERITIS QUONIAM ME-*
« *LIORIBUS ACTIS — qui lectioni Palatinae « HINC PATER »*
« *convenit.* Ora siccome per le addotte ragioni quel verso 2.
« non *obstat* alla lezione del Codice di Verdun; così con-
« vien concludere che la nota formola — *pueri excepto-*
« *res* — conferma la cosa, e che la autorità del Chño De
« Rossi non si oppone.

Primam hanc epistolam altera cl. Lugari paucos post
dies subsecuta est, quae rem magis elucidat, et sententiam
nostram confirmat.

« Chño e Rño Monsignore,

« Ella mi domanda qual sia il mio sentire circa la
« opinione di coloro che sostengono il padre di S. Damaso
« vissuto lungo tempo in Roma: dico francamente di non po-
« tere accettare questa opinione, sembrandomi priva affatto
« di fondamento. I monumenti tutti ed i documenti tac-
« ciono di ciò. La sola critta sepolerale costruita da Damaso
« per sè, per la sua madre, per la sua sorella e *non per*
« *il padre*, il quale doveva pur esser premorto alla madre
« di Damaso ed alla sua sorella, perchè altrimenti la consorte
« avrebbe lasciato la sua figlia affidata al suo marito e non
« al suo figlio; la sola critta, dico, ed il silenzio di Damaso
« ci danno diritto a dubitare che il padre di lui abbia per
« lungo tempo dimorato in Roma. Ma sia quel che si voglia
« di questo, è certo che l'argomento, più che principale,
« unico dei nostri oppositori, è fondato nella lezione del
« carne Damasiano, quale si trova nel codice Palatino. Ma
« questo, come già le ho scritto, deve esser corretto secondo
« la più antica lezione del codice di Verdun. E qui mi per-
« metta cogliere questa occasione per tornare nuovamente
« sull'argomento.

« Se s'interpretasse il carne, come si vuole dai nostri
« oppositori, cioè che la prima parte di quello si riferisca
« al padre ed il rimanente a Damaso, oltrechè il carne non
« avrebbe gran sentimento e sarebbe non poco scipito, mi
« pare che offenderebbe ancora la modestia ed umiltà di Da-
« maso: al contrario se tutto quanto ivi è scritto si riferisse
« a Damaso solo, oltre che il senso correrebbe più limpido

« e più gagliarda sarebbe la poesia, mostrerebbe ancora la nobiltà del cuore di Damaso.

« Invero Damaso qui direbbe — io qui fanciullo *exceptor*, lettore, levita, sacerdote — io qui crebbi nei gradi più elevati della Chiesa — io qui fui da Dio chiamato al sommo grado, al Pontificato supremo — qui dunque, dove ho percorsa la maggior parte della mia vita e passati tutti i gradi ecclesiastici, non potendovi più rimanere di persona, voglio che vi rimanga almeno il nome mio per tutti i secoli.

« Di fatto: il *mihì provento* del terzo verso chiama a sè necessariamente il *puer* del primo, e collega così un verso coll'altro. Il verso secondo *Creveram hinc meritis quoniam melioribus actis*, serve di collegamento fra il primo ed il terzo verso; ossia collega l'età puerile e giovanile colla età tarda, e ricorda i *gradi* intermedi al sacerdozio ed al Pontificato massimo, vale a dire l'episcopato, ed il cardinalato, che servirono a Damaso di scala per salire alla somma dignità. Dappoiché quel *meritis* non significa già premio a grandezza e nobiltà di opere, che si opporrebbe alla umiltà e santità di Damaso; si bene significa *dignità, grado*. Abbiamo esempi di quella parola usata in tal senso dai contemporanei a Damaso, come in Palladio, scrittore che si attenne più degli altri di quella età alla latinità classica: p. e. dice questo scrittore — *primi saporis mella thymi succus effundit, secundi meriti tymbra, tertii meriti rosmarinus* (Pallad. 1. 37.), ossia — il miele di primo *grado* viene dal succo del timo, quello di secondo *grado* dalla timbra, quello di terzo *grado* dal ramarino. Nè mi si dica, non potersi correggere il *t* del *creverat* in *m*, quasi che ciò si opponesse alla prosodia: qui Damaso non volle far uso della *eclipsis*, e quindi la *m* resta breve, giusta la nota regola prosodiaca - *m vorat eclipsis, prisca breviare solebant* ed anche la - *e* - resta breve per l'altra pur nota regola - *sit brevis - e - quanto ram, rim, ro adiuncta sequentur*.

« Noterò ancora quel *hinc, hinc, hinc* del nostro carme, ripetuto tre volte, che ci dimostra evidentemente ed enfaticamente l'affezione grande di Damaso a quel luogo, ossia all'archivio, ove dalla fanciullezza alla età provetta aveva passato la sua vita, e da dove era stato innalzato prima

« al sacerdozio, quindi agli altri gradi ecclesiastici, e final-
« mente al sommo Pontificato.

« Ripeto dunque: io son convinto che la vera lezione del
« carne Damasiano è quella del codice di Verdun, sia per le
« addotte ragioni, dirò così, intrinseche, sia per la estrinseca
« ragione della maggiore sua antichità: e quindi in quel carne
« non si fa parola del padre di Damaso, e perciò non v'ha
« documento, essendo questo l'unico, che ci dica questo essere
« stato da fanciullo in Roma, notaro, lettore, levita, sacerdote.

Videsis, Lector, uti clarissimus I. B. Lugari, romanae archeologiae apprime peritus, me imperitum labore solvat sequendi argumentum, quo nititur affirmatio clarissimi Carini: cui more scholastico dici potest: Concedo maiorem; nego minorem, et consequentiam. Esto id quod invocat cl. Adversarius de formula *pueri exceptores*. At gratis asseritur, Damasi patrem in Urbe moratum et fuisse exceptorem ac deum presbyterum: nullum enim de hoc adest documentum, ac (quod maximi est momenti) ne verbum quidem, in scriptis et monumentis filii Damasi. Hic igitur primas vitae auras in Urbe non bibit, iuxta phrasim ipsius clarissimi Adversarii.

§ V.

Heic tamen aliquas subdere libet rationes, quae etsi negativa tantum sint argumenta; nihilominus rem nostram confirmant.

1. Petrus Diaconus in sermone, cuius nonnihil delibavimus in praecedente homilia (vide pag. 43), laudibus prosequitur sanctitatem Damasi et *gratiam miraculorum, quam obtinuit in vita et post mortem*, sermonem habens in ipsa basilica S. Laurentii, quam Pontifex extruxerat, ubi legebatur, uti diximus, epigraphes Damasiana; curiam, quaeso, reticet, eo ipso in loco Damasum virtutis exempla a parente accepisse, qui ibi exceptor etc., et presbyter egerat? In laudem sane gloriamque S. Damasi cessisset parentis virtus et sacra dignitas, quam in Romana Ecclesia pater consecutus fuerat.

2. Eiusmodi tamen silentio tum Petri Diaconi, tum scriptorum de rebus Ecclesiae Romanae (de quo diximus § II.) supplet optime ipse Damasus, sese Hispanum revelans. Clarissimus Adversarius Carini, cuius amicitia gloriior, haud

equidem inficiabitur Pontificem vatem, se Hispanum prodere ex sui stylo ac forma quadam versus, qui redundat et saepe affectus exprimit: haec omnia si penitus intueamur, minus latini poetae sapiunt, ast gentis Hispanicae ingenium, sive indolem patefaciunt.

3. Huic argumento, quod intrinsicum dici potest, alterum denique subiicimus, ex auctoritate scriptorum nostrae aetatis in Urbe degentium petitum.

Non semel de patria Damasi palam et privatim verba habui cum claris doctrina et eruditione viris. Meminerit clarissimus Carini ex. gr. quod, glorias Gentis meae quum solitus sim ubique celebrare ac potissimum Alma hac in Urbe, die Dominica tertio idus decembres an. 1892 solemnibus domi meae conventus adfuit illustrium Virorum: cui academico coetui praeerat clarissimus I. B. de Rossi: interfuerunt autem cum ipso R. D. I. Carini, Rñi DD. Tripepi, Farabulini, Abbas Cozza-Luzi, Ugolini, et DD. Stevenson, Marucchi, Armellini, de Nunzio aliique permulti, qui prosa et versa oratione hebraico, greco, latino, slavonico, hispanico atque italo idiomate, magnum Christophori Columbi nomen anno CCCC. ab Americae oris detectis concelebrarunt. Quum ultimus equidem verba fecissem de genio Columbi deque reginae Isabellae Catholicae magnanimitate, deque Damaso sancto Pontifice martyrum vate, cuius festum ea die recolebatur (1), meminerit claris. Carini quod praeses De Rossi, utpote Collegii Cultorum Martyrum Magister, postremis hisce meis verbis *Damasus et Laurentius nostri sunt*, aperte subdidit: « *Procul dubio S. Damasus in Hispania natus fuit; in urbe tamen, quae nunc ad Lusitaniam pertinet* ». Tanti porro viri auctoritati nil addendum; etsi compertum habeam, in eandem De Rossi sententiam fere omnes doctos viros, qui aderant, antea vel postea devenisse.

[1] Sermo academicus, quem auctor innuit, et ceteri, numero viginti, quos tum ad Coetus Academicos Almae Urbis, tum ad S. Mariae in Monte-Serrato, ob varias solemnitates, quae ipsius impensa ibi celebratae fuerunt, nec non in sua bibliotheca Antikariensi, anno CCCC. ab Urbibus **Ronda** [1885], **Loja** [1886], **Malacitana** [1887], **Baza** [1889] Hispanico Regno restitutis; atque a celeberrima urbe Granata e Maurorum iugo erepta, necnon ab Americis detectis [1892] — hosce duos postremos dixit in Aede sub titulo olim S. Iacobi Apostoli, nunc Sacri Cordis Iesu apud forum Agonale — uno collecti volumine, sub prelo sunt.

Brevi concludam: Bona cum venia clarissimi, D. I. Carini, fatendum est quod «*la critica spregiudicata ed imparziale*» (1) attenta tot atque illustrium, scriptorum copia, nostrae etiam aetatis; attento eorum silentio, qui de rebus Romanae Ecclesiae primis saeculis scripsere, quique martyrum, confessorum et virginum patriam, regionem, domum in Urbe nos docuerunt; attento quod vel nullis, vel certe haud solidis fulcitur rationibus adversariorum sententia; sana critices, inquam, confirmare debet, sanctissimum Pontificem Damasum non Romae, sed in peninsula Iberica ortum fuisse.

**Gaudeat, o nimium felix Hispania mater:
Est ipsi Damasus tempus in omne decus.**

Romae, [fer. III.] X. Kal. Feb. MDCCCXCIV.

APPENDIX.

Appendicis instar, liceat nunc eos, qui negant S. Laurentium Levitam martyrem et S. Damasum fuisse Hispanos, liceat interrogare, curnam in Urbe **contiguam** Basilicae Sancti Laurentii in Damaso usque ad saeculum XIV. **Coemeterium** pro Hispanis tantum exstitit? In quo constat ex documento ms. hęc subiecto, parvam domum extractam fuisse, quando in templo S. Iacobi ampliato ad circum Agonale, Hispanorum cadavera sepeliri coepta sunt. Anno vero MCDLXIII. ea domus, ad Hispanicam gentem nunc quoque pertinens, Capitulo memoratae Basilicae data est, seu permutata cum area ad ipsos Canonicos spectante, sita in regione Parionis *in platea equorum*. Videtur id privilegii et loci pro coemeterio Hispanis tantum fuisse concessum, quia constans semper fuit traditio quod Damasus Hispanus in honorem megalomartyris

[1] Carini. Opuse. cit. pag. 4.

Laurentii Hispani Basilicam illam aedificavit: ita ut Hispana gens praelata fuerit quum cadaveribus Hispanorum sepeliendis vel datum vel emptum fuit spatium soli, Basilicae contiguum. Scimus ex historia non modo e plebe fideli, verum etiam Hispanos Antistites, qui in Urbe supremum diem obierunt, in eo Coemeterio fuisse consepultos: ex. gr. Alphonsus Pecha, Episcopus Giannensis, qui plures annos Romae degens, sanctae Birgittae a confessionibus fuit, atque anno circiter MCCCLXXIX. Romae mortuus est.

En

DOCUMENTUM

de permutatione domus, alias Coemeterii Hispanorum, contiguae Basilicae S. Laurentii in Damaso.

Anno M.CCCC.LXIII.

IN Nomine Dñi Amen per hoc p̄ns publicum Instr̄um cunctis pateat euidenter et sit notum qđ cum als lis questio et controversia verteretur maioresq. verti et esse sperarentur in futurum inter venerabiles et circumspectos viros dños Cap̄lm et Canonicos ecclie Sancti Laurentii in Damaso de Vrbe ex una et providum virum dñm Alfonsum de paradinas inclite nationis et hospitalis Sancti Jacobi hispanorum administratorem et gubernatorem ac ipius hospitalis structorem et edificatorem de et super quodam Casellino ipi ecclie Sancti Laurentii contiguo quod als Cimiterium hispanorum vulgariter nuncupatum erat et ipi nationi hispanie spectante et ptinente et eius occone partibus ex altera. Tandem dicte partes cupientes de et super promissis lite questione et Controversia ad bonam pacem et finalem Concordiam devenire litigiorumq. amphratus evitare et suis parcere laboribus et expensis hinc fuit et est qđ. anno a nativitate eiusdem Dñi Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio indition undecima die vero octava mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in chro pris et dñi mi Dñi pii divina providentia pape secundi Anno sexto in mei notarii Publici testiumq. infrascripto-

rum adhec vocatorum sp̄alr et rogatorum p̄ntia p̄ntes et personaliter constituti Dñi Sabbas luce Egidius de orto Antonius de toco et Antonius de barro Canonici dicte ecclie Sancti Laurentii proseipis nec non dñorum hieronimi Cardini de piccolominibus et antonelli de albano etiam eiusdem ecclie Cononicorum absentium nominibus pro quibus rem ratam habere et inpremissis consentiri facere promiserut Juramento et obligatione suis infrascriptis ex una et prefatus dñs alfonsus administrator ut structor partibus ex altera dicte enim partes scientes prudentes et spontanee novi dolo metu aut aliqua alia machinatione circumuente nō decepte non coapte nulloq. errore lapse verum de iuribus factis et actionibus suis plenarie informate pro bono pacis et Concordie inter eos fiende conuenerunt et Concordarunt in hunc modum seḡtur Imprimis prefatus dñs alfonsus administratorio nomine quo supra et tanq. constructor ut premittitur considerans antedictum Casellinum ip̄i nationi penitus esse inutile et exinde nullum aut modicum ip̄i nationi reportare fructum Sed citius in eiusdem ecclie Sancti Laurentii et dictorum Cononicor. utilitatem omnibus melioribus modo uia Jure causa et forma quibus melius potuit et debuit ipsius hospitalis et nationis nomine cessit transtulit et remissit eisdem ecclie et Cononicis omne Jus omneq. actionem realem et actualem meram mixtam directam pretoriam et civilem ac omnem aliam reclamationem quam et quas hospitale et natio predicti habent habereq. possunt et debent in futurum in dicto Casellino seu ad eum ac sibi copeten et pertinen cum fondo introitibus exitibus iuribus et pertinentiis suis itaqd. supradicti Dñi Canonici corporalem realem et actualem possessionem dicti Casallis cum fondis Juribus et p̄tinen supradictis auctoritate propria sinemandato Judicis aut alterius superioris Inia super hoc minime requisita adipisci et apprehendere libere et licite valeat ac in illo et super illud edificare seu edificari facere pro eor. et dicte ecclie utilitate et Comodo ad eorum beneplacitum viceversa supradicti Dñi Canonici suo ac dictorum aliorum Cononicorum abntium

nominibus in premissorum recompensam Dederunt et concesserunt prefato dño alfonso dictorum hospitalis et nationis nomine pñti stipulanti et recipienti vice et nomine ecc. et hospitalis predictorum et hoc donatione pura mera libera Simplici valida et Irrevocabili facta inter vivos **Quendam locum et spatium** dictis Canonicis et ecclie spectansitum in **Regione parionis in platea equorum** Contiguum domui edificate nuper per venerabilem virum Dñm Martinum de Roa aptum pro edificatione et Construtione unius sale lapidee latitudinis quinq. pedum computado murum cum latitudine ad usum et utilitatem dicte domus nove p. dictum Dñm Martinum ut prefertur edificate ita qđ. utraq. pars subdita Scala possit edificari facere Quodcumq. edificium sine tamen preiudicio cuiusq. et presertim certi conducti aque pluvie dequibusqđem Casellino et platea ut supra in recompensam tradit Dñs alfonsus nomine premissode Casellino et Canonici prefati dedicta Platea respective se devestiant et una dictarum partium alteram et altera alteram investiunt et immissione realem et Corporalem seu quasi ponunt et inducunt nihil iuris actionis partis rationis proprietatis possessionis domini usus usagii servitutis aut alterius reclamationis decetero quovismodo retinendo Sed dominus alfonsus actionem quam habere posset in casellino in dictorum Dñorum Canoniorum et ecc. utilitatem et dicti Dñi Canonici actionem quam habent in dicta platea ad utilitatem Domus et hospitalis predictorum transferendo et transportando Promiserunt insup. prenominate partes hinc inde qđns quemlt earum tangit seu canagere poterit qđmolt in futurum contra premissa vel eorum aliqua per se vel alium seu alios in Iudicio vel et clam vel palam tacite vel expresse modo aliquo de cetero non facere dicere vel venire nec alicui contra facere dicere vel venire volenti in aliquo consentire nec dare seu prestare auxilium consilium vel favorem publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore quimymo omnia et Singla supra et infra. ^{ta} rata grata stabilia ac firma habere perpetuo et tenere firmiterq. et inviolabiliter attendere et observare Sub ipotheca et obligatione omnium bonorum suor. nobi-

lium Immobilium eccliasticorum et mundanorum presertim bonorum et hospitalis predictorum singla singulis referendo quo circa renuntiarunt supradicte partes oi actioni Juris et exceptioni ac exceptioni omnium ex singlorum premissorum non sic seu non ita rite et legitime actorum et factorum prout supra sunt narrata doli mali vis metus erroris et in factum actioni conditioni sine causa iusta vel ex iusta Causa et conditioni ob eam non secutam Iuribus quibus deceptis in suis Contractibus subvenitur et perque iidem Contractus dicuntur esse nulli qundo apparet alterum contrahentium in aliquo fore lesum vel deceptum Iuri dicenti deceptis et non decipientibus Iura Subvenit omni relaxationi absoluteni et dispensationi Iuramenti et ipsius usui implorationi offitii iudiciis et eiusdem appellationis provocationis et supplicationis remedio benefitio cuiuslt restitutionis in integrum omni lesioni deceptioni circumventioni fraudi gravamini et errori petitioni et oblationi libelli litis contestationi copieq. parti instrumenti seu eius note et maxime Iuri dicenti granalem no valere renuntiationem nisi precesserit spalis. Super quibus omnibus et singlis premissis prenominate partes hinc inde sibi ante notario publico infra.^{to} fieri et confici unum et plura publicum seu publica instrum et instrumenta. Acta fierunt hec Romae in Dicta ecclia Sancti Laurentii sub anco indictione die mense et pontificatu qubus supra partibus ibidem Antonio de bonis omnibus et laurentio nicholai ac Iacobo de ferentino Capellani dicte ecclie testibus ad premissa vocatis spaliter et rogatis.

Et Ego Robertus le Sor clicus Baiocen dioc. in utroq. iure baccallarius publicus aplica et imperiali auctibus notarius quia premissis omnibus et singlis dum sic ut premititur fierent et agerentur una cum prenominate testibus presens interfui eaq. omnia et Singla Sic fieri vidi et audivi ideoq. hoc presens publicum Instrum ex inde confici et in hanc publicam formam redegi Signoq. et nomine meis solitis et consuetis signavi et Subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum Rogatus. et Requisites Manu alterius fidelit Scriptum.



